



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Santos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 19. Quid significat Cereus accensus, qui traditur baptizato aut ejus Patrino?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

102 TRACTATUS II.

Ibid. verbo. *Vt intelligat.* præferat indumentum. Tegitur enim post sa-  
cram unctionem caput ejus mystico velamine, ut intelligat se diadematate regni & sacerdota-  
li dignitate potiri. Quia ut ait Glossa; Quili-  
bet fidelis rex debet esse & sacerdos: Rex,  
quia se & alios virtutibus regere debet: Sa-  
cerdos, quia cor contritum & humiliatum,  
quod est vera oblatio, id est, se debet offerre  
Deo.

Quæst. 19. Quid significat cereus accensus,  
qui traditur baptizato, aut ejus Patrino?

S. Carol. De Ceremon. que präcepto Bap-  
tis. servantur. Act. p. 4. Resp. Traditur demum, ut ait sanctus Ca-  
rolus, baptizato in manum cereus ardens;  
quo cereo significantur tres Theologicae virtu-  
tes, quæ ipsi in hoc Sacramento infunduntur,  
Fides in lumine, Charitas in calore, spes in  
cerei recta altitudine, quæ sursum ascendit, ut  
spes nostra ad cœlos usque excitetur atque eri-  
gatur. Id præterea quod Baptismo nobis fit  
communicatio lucis, & depulso tenebrarum:  
ob eamque causam Baptismus Sacramentum  
illuminationis, & baptizati ii quidem illu-  
minati à Patribus dicuntur.

---

CAPUT VIII.

De suscipientibus, vulgo Patrinis.

Quæst. 1. **Q**UARE Ecclesia requirit Pa-  
trinos, qui puerum in Baptis-  
mo suscipient?

Resp. Ut pro puero fidem profiteantur, ut  
ejus nomine promittant, illum fideliter obser-  
vaturum, quod promittit. Vos ante omnia,  
Cin. Vos ante. De Consecr. dist. 4, inquit sanctus Augustinus relatus in Canone,  
tam mulieres quam viros qui filios in Baptis-  
mo suscepistis moneo, ut vos cognoscatis fide-